
Lettres de licence en médecine.

Numéro d'inventaire : 1979.27907

Auteur(s) : Jean François Cavaye

Type de document : diplôme

Éditeur : non renseigné (Montpellier)

Période de création : 3e quart 18e siècle

Date de création : 1769

Description : Feuille de parchemin bruni. Les coins supérieurs ont été coupés. Texte imprimé à l'encre noire, dans un cadre de frise. Mentions manuscrites à l'encre dorée. Lettrine bicolore. Ruban rouge passé dans des perforations en bas de la feuille. Sceau manquant. Ruban adhésif au verso.

Mesures : hauteur : 445 mm ; largeur : 350 mm

Notes : Diplôme de licence de médecine délivré à Jean François Cavaye, de Caracassonne, le 15 juin 1769 à Montpellier.

Mots-clés : Diplômes universitaires

Médecine, pharmacie

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Nom de la commune : Montpellier

Nom du département : Hérault

Autres descriptions : Nombre de pages : 1

Lieux : Hérault, Montpellier

PRO PUNCTO RIGOROSO.

UNIVERSIS ET SINGULIS.

PRÆSENTES LITTERAS VISURIS ET AUDITURIS.



Joannes Franciscus Imbert Regis Consiliarius & Medicus, nec-non alimz Montpelienfis Medicorum Universitatis
Professior Regius Anatomicus, Botanicus, Cancellarius & Judex Hortique Regii Praefectus, salutem in Domino qui est omnium vera salus. Ipsa veritate & aequitate
adduci neminem ignorare volumus ac testificamur honestissimum ac eruditissimum Virum Magistrum *Joannem Franciscum Cavaie*
Carcassonnensem apud Decitanos Medicinæ Baccalaureum in hac nostrâ florentissimâ Universitate diu multumque medendi Arti
operam dedisse atque in hac ipsâ plurimum profecisse, id quod nos & alii praestantissimi Doctores qui Medicinam hic profitentur omnibus modis experti sumus, ille
enim primam (ut Universitatis consuetudo postulat) ab ipsis Professoribus in Dialecticis & Physicis diligenter interrogatus fuit ut Universitati nostræ nomen jure jurando
professus adscriberetur. Deinde Nos ceteroque Professores assidue & attentè audivimus; postea ut Baccalaureus fieret Universitatem ipsam rogavit, cujus rei causâ publicas
disputationes omnibus Medicinæ studiosis audientibus atque aliis litteratis Viris, habuit: in hisce disputationibus à nobis & reliquis omnibus Doctoribus diligentissime
examinatus, quibus quidem abunde inter respondendum satisfecit atque ita se gessit ut is uno omnium consensu & judicio Baccalaurei gradu jure donatus fuerit; eum
verbò gradum hic adeptus, tres Medicinæ cursus in Scholis publicis doctè & accurate perlegit & nos aliosque Professores ægrotis invifendis secutus est. Tandem cum,
ut ad Licentiz honorem promoveretur, postulasset, eum ita recepimus ut à nobis & singulis omnibus Doctoribus ordinariis in omni Medicinæ parte publicè (ut moris
est) examinaretur; Doctores verbò & Professores ordinarii hoc tempore nobiscum sunt D.D. *Franciscus De Lamure* Universitatis
nostræ Decanus & Regis Consiliarius *Gabriel Franc. Venel, Carolus Le Roy, Paulus Joseph Barthes, Gaspo*

Joan. Renè, Antonius Gouian, Franciscus Broussouin et bertri. Baguenot Veteran

Regis Consiliarii & Medici quorum quidem singuli ordine ipsam *Joannem Franciscum Cavaie Carcassonnensem*
singulis septimanis omni severitate omnique diligentia cum in Theoriâ tum in morborum curatione palam interrogarunt & examinarunt, idque primum in disputationibus & ex-
aminibus publicis quæ à nobis *per infusionem* dicuntur, quæque in Aula Regiâ Scholarum & cum Universitatis totius conspectu instituuntur: deinde ad D.D. *Joannem*
Franciscum Imbert Cancellarium & D.D. *Franciscum De Lamure* Decanum Consiliarios Medicos & Professores Regios se contulit à quibus
Disputationis puncta petiit & accepit, paucisque diebus transactis in Scholis Regiâ didicim Universitatis palam propositis sibi variis Medicinæ theorematibus adversus illa disputandi
copiam omnibus fecit & per triduum integrum incipiendo à die quinta mensis Junii usque ad diem septimam mensis Junii
anni 1769 magnâ ingenii contentione tam eruditè respondit ut nullus illius eruditionem in hac disputatione non confirmaret. Atque ita triduanâ disputatione functus
die Decima mensis Junii puncta petiit pro severissimo illo examine quod *rigorosum* appellamus, quodque in Conclavi Scholæ Regiæ omnes Doctores summâ
severitate facere consueverunt; in quibus ceteris disputationibus & examinibus omnes quos ante nominavimus ipsius *Joanni Franciscus Cavaie*
doctrinam & ingenium laudaverunt & probaverunt, eamque dignam, qui Licentia dignitate penitus prorsus discrepante ornaretur, iudicarunt. Quare nos & alii Doctores illustri-
simi & honestissimi D.D. *Raymundum De Duport* Montpeliensem Episcopum & D.D. *Joannem Franciscum Cavaie* Licentia gradu in Medicinâ
nostræ Universitatis Conservatorem Regavimus ut illum ipsam *Joannem Franciscum Cavaie* Facultate donaret; atque is quidem honestissimis gravissimorum Virorum petitionibus libenter (ut ratio postulat) assensus est: eundem igitur
Cavaie Carcassonnensem ornatisimo amplissimo D.D. *Josepho Leret de Lagarde* Doct. theol. obcolimus, ad Episcopi Jussu cum testimonialibus totius Universitatis Litteris; is quidem primum ab eodem *Joanne Francisco Cavaie*
jusi-jurandum coram nobis exegit & suscipiendi Doctoratus insignia licentiam (cùm ipsi vellent) dedit, quibus quidem insignibus acceptis examinandi quæque potestatem
eidem *Joanne Francisco Cavaie Carcassonnensi* dedit ut interpretandi & Medicinæ exercendæ, atque alios omnes actus qui ad
Carcassonnensem apud Decita tum hic tum omnibus aliis in locis declaramus, approbamus & asserimus LICENTIATUM, Hæc autem omnia Montpelii
pro solemnî & honorificentissimâ consuetudine publicè peracta fuerunt in Aula Regiâ Scholarum inspectantibus omnibus Medicinæ Professoribus, Doctoribus, Licentiis,
Consiliariis, Baccalaureis, Studiosis & permultis honestissimis Civibus. In quorum quidem omnium fidem & testimonium has Litteras nostro Chirographo, novo & rotundo
Universitatis Sigillo appenso, confirmavimus, easdemque à nostræ Universitatis Scribâ signari jussimus, Actum Montpelii die Decima quinta
mensis Junii anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo nono.

Imbert Cancellarius et judex



De Mandato R. D. Cancellarii
& Judicis.

Joannes Franciscus Cavaie